

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 18 : De Tantalo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[75\] : De Tantalo](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 18 : De Tantalo](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 19 : De Tantale](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 18 : De Tantale](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VI, 18 : De Tantalo, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5993>

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 632-638

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Tantale](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

existat; sed arbitrii multa stultè fieri ab imprudente multitudoine, aut ab inconsideratis iudicibus, cum maxima sit vbiique insipientium copia, si alicuius sceleris sibi conscientius extiterit, qui passus est repulsam, tum debet vniuersitate vitæ suæ rationem examinare, & quod in se parum rectum cognouerit, corrigere, se ad probitatem quam maximè accommodare, seque dignum præbere, qui cæteris hominibus imperet: quippe cum nullum imperium sit vel felix vel diuturnum, ubi impunis, viris bonis, stulti, sapientibus, imperiti, peritissimis in rebus administrandis dominantur. Alij crediderunt Sisyphi saxum studium esse mortalum, atque collem illum sive montem esse vniuersum huiuscvitæ cursum: verticem ad quem Sisyphus nitebatur saxum aduoluere, esse tranquillitatem & animi quietem: inferos esse homines, Sisyphum animam, nam cum anima iuxta sententiam Pythagoricorum è cœlo diuinitus in hæc corpora missa fuerit, quæ omnium diuinorum arcanorum fuit conscientia nititur omnibus viribus ad felicitatem, vitæque tranquillitatem peruenire, quam alijs in cumislandis opibus, alijs in honoribus & magistratibus, alijs in gloria & celebritate rerum gestarum esse arbitrantur, alijs in scientiarum cognitione, alijs in eximia corporis forma, aut sanitate, aut nobilitate, aut in rebus huiusmodi: qui cum re optata potiti sunt, rursus in imum relabuntur, & qui antè in diuinitis comparandis erat anxius, nunc est in acquirendis honoribus, nunc in recuperanda valetudine solicitus, atque ita semper in aliquam relabitur perturbationem, neque ad summam tranquillitatem potest unquam peruenire. Sisyphus igitur à Ioue ad inferos detrusus non insulè dictus fuit saxum frustra ad montis verticem aduoluere, cum quod ad summum peruenisse videbatur, tum rursus deuoluebarur in planitiam. Alij rem ad historiam tradicunt, dicentes Sisyphum fuisse Teucri scribam, qui ante Homerum Troiana bella scripsit, à quo ceperit Homerus Iliada, qui cum arcana patefecisset quedam Troianis, graue supplicium subiit.

De Tantal. CAP. XVII.

TANTALVS etiam, quem apud inferos torqueri modò timore impendentis laxi, modò rerum vieti necessarium penuria dixerunt, impetus, & acceptorum beneficiorum immemor

immemor fuit. Hunc Eusebius Iouis & nymphæ Plotæ filium
narravit in secundo Euangelice preparationis, cum tamen Io-
annes Diaconus & Didymus Iouis & Plutus Nymphæ filium
fuisse arbitrentur: quem Zeses hist. 10. chil. 5. Pluto quidē ma-
tē genitum, at patre Imolo Lydiæ rege scribit. Lucianus in
dialogo de Dipsadibus, Æthonis filium illum fuisse censuit, ut
testantur hæc carmina:

τοῖα πεδέστ' οἴμαι καὶ τάνταλον Λίθονς φέρει
μαθεμάτοις μῆνας διατελίσσεις αἱ.

*Talsa ferre puto quoq; Tantalon AEthonenatum,
Qui nullo porusit fonte lenare sicut.*

Fuerunt qui dixerint Deos aliquando in hospitium ab hoc
fuisse acceptos, qui cum laetum conuiuum illis parasset, Pe-
loponem filium cesum inter ceteras epulas apposuit; ut alij arbit-
rantur, quod illum immolarat ad epularum magnificen-
tiam, cum omnium rerum vel carissimum filium illis obtulis-
set, id cum Di ceteri cognouissent, ab ijs epulis abstinuerunt,
præter unam Cererem, quæ ob rapta filia dolorem penè des-
piens incūsilio humerum edit rum dij reliqui eius filij miserū,
cum rufus iecerunt in lebetem, ac recoctum vitæ restitue-
runt, ut scripsit Pindarus in Olympicis in Hierone Syracusio
his verbis:

ἴστει τινὶ καθαρῷ λίθῳ τος ἴσχειλε
κλασσώ οὐδὲ φαγεῖ φαύδιμον.
ὅμων κακά δέ μέτον.

*Cum ipsum è puro lebete exemit
Clotho elephantein o splendidum
Huncero decoratum.*

Nam & Lycophrea hic pubescentem appellavit Pelopem,
quia junior restitutus à diis fuit, quam etat prius, ut patet
et his:

*Accessit hunc pubes decorabis granem
Cupidinem vestitus Neptuniam.*

Cum verò illi deesset humerus, quem comedetar Ceres, Dei c-
burneum fecisse dicuntur: quia humerus omnium postea Pe-
lopidarum sicquum fuit, ut Sparris pilum, sicut restat Ilaci.
verum quia Deorum epulas per humanam cædem Tantalus

contaminasset, violassetque ius hospitij, cum experiendorum Deorum causa filium macasset, ut alij maluerunt, perpetuo epularum desiderio ad inferos detrusus addictus est, qui tamen presentes lauissimo regioq; apparatu semper habet epulas, neq; villo pacto illas potest attingere, quamvis insatiabili fame excruciat. Huic impedimento quidam putarunt esse Furias, quominus illas attingeret, ut ait Virg. lib. 6.

*lucens genis aliis
Aurea fulcrata horis, epulaq; ante ora parata
Regifico luxu: Furiarum maxima iuxta
Accubat, et manibus prohibet contingere mensas,
Exurgitq; faciem attollens, atq; intonat ore,*

At Homerus lib. 8. Odys. non à Furis terreti ait Tantalum apud inferos, sed perpetua siti vexari, &c in aqua esse perpetuò, quævisq; ad mentum assurgit: sed quoties labris attingere conatur, illa statim refugit: quod ipsum faciunt varia fructuum genera, quorum desiderio semper discruciatur, ut est in his:

*καὶ μὲν τάπαλος ἐσάδον χαλέπ' ἀλγίχερτα,
ἴσαστ' ἐν λίμνῃ, ἵδε πεσσόπλαστρον γενέσθαι.
εἰσῆπε διδύμαν, πιέζει δὲ κακήχειρίλιθου.
δασάκης γαρ κύψιογέρων πιέζει μεταίσιν,
τεασάκης ὑδωρ ἀπολίσκειται αἰσθροχεῖται ἀκρίδει ποτε
γάστη μελανοφάστερη, κατεργάσκει βιβαίμων.
διειδρυαί δὲ ὑψηπέτηλα κατακρήνει χάλκοποτε,
ὄχυρο, καὶ ρειαί, καὶ μηλίαι σύλλαβονται,
συκῶν τε γλυκεραί, καὶ ἐλαῖαι τιλεύσαιται
τὸν δύπτετον ιδύσαρον ἕπειχεροι μάστιχαι,
τάξιδιον ἄνεμος ρίπησκε ποτε νέφει φεύγεινται.*

Tantalos hic ergo duros perferte labores.

*Nanq; erat in flagro mentum tangente, sitiūq;
Assidue Orgebat: potands at nulla facultas.
Nam quoties in aquam deflectit labra, refugit
Unda leuis toties absorpta, ac terra videtur
Sub pedibus: rursumque leuem Deus enocat undam.
Hic sunt arbores fatus: prestantis mala
Pinnica sunt oles, sunt fici, pomiq; forma
Insignis: sensim allestant que cuncta palatum.
Sed quoties manibus tentat decerpere fructus,
Prosternit bos ventus celere: in nubila portat.*

Alij

Alij putarunt lapidem illius capiti imminere, qui quoties bibere conaretur, toties illius caput percuteret: atq; saxum Tantalum supplicium ita esse scripsit Cicero lib. 4. Tusc. disput. cui miseris, ægreditur scilicet, proximus est is, qui appropinquans aliquod malum meruit, exanimatusq; pendet animi: quam vim significantes mali, poete impedit apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelerata, animi q; impotentia, & superbiloquenziam. Euripides in Oreste nullo in loco ob timorem posse Tantalum confundere scribit, cum saxum illi perpetuo immineat: quam poenam illum pati inquit ob immoderatam linguæ perulantiam & dicacitatem, ut est in his:

Ἐκτίνεται δέ τοι φύσης (φύσις πάπαν ἔπος)
ἡδὲ τάδε, οὐδὲ ξυμφορὰ θεόντων,
τίς εὔκατα δέρατ' ἐχειτάντων φύσιτε,
τὸ γένος μαρτύριος (καὶ οὐδεὶς ιἴω τύχας)
Διος περ φυκίδος (ώς λέγουσι) τάνταλος,
κορυφῆς υπερβιλούτε διμάνιν πίτησον,
άσπει ποτατην, καὶ τίνη τάνταλον δίκλινον,
οὐ μάντλα γενοσιν, ὅτι θεοῖς, θεοφρωπες οὐν,
κατηντεπιτίης ἀξιωμάτηχον ισεν,
ἀκόλαστον ἄρχοντας, αἰχίσιλων τοσον.
Nil tam gravis est, Laboriosum tam nihil,
Aerumna nulla, vel Destrains commodum,
Quod non virum naturam mox suscepere.
Olim beatum illuc (nec fortunam est
Obijcio) natum (ut ferunt) Ione Tantalem,
Saxum timens sibi imminet quod vertici:
Patenam hanc luit, quod per molas per aera,
Causa est, Sis ferunt, quod si vir cum foret,
Mensa Deorumq; asideret, improba
Lingua fuit Sis: quod viro turpisimum est.

Tibullus autem in lib. 1. videtur id tantum datum fuisse Tantalo supplicium existimasse, quod esset in aqua, perpetuaq; siu cruciaretur, ut patet in his:

*Tantalem est illuc, ex circum stagna, sed acrem
Iam tam poturo deserit unda siccum.*

Atque Ouidius illud supplicium Tantalo interrogatum inquit ob loquacitatem, quia secreta Deorum mortalibus diuulgauerit, ut patet in his:

*Quarit aquas in aqua, & pomis fugaci capras
Tantalum hoc ille garrula lingua dedit.*

Alij ob raptam ab Ioue Æginam Asopo patri indicatam eam
poenam subiisse Tantalum fabulantur, quod alij Sisyphus tri-
buerunt. Verum Corn. Gallus poeta præstantissimus luculen-
tis carminibus rem totam complexus fuit, quod ob immode-
ratam linguæ licentiam scilicet Tantalus ad inferos fuit detru-
sus, quod ibi perpetua fame ac siti premebatur, quod lingua
est intracertos clathros viro prudenti coercenda, que si tacen-
da pateficerent, perpetuas calamitates loquacibus parit in po-
sterum. sic enim inquit;

*εὐτος ἐπὶ ιν μακρίστισσαις, οὔτος ὁ γυδων
πολάκι νικητηρίς πλησάμενος πόματος,
τῶν λιθάδος εντῆς ιμέρητης ἡ Φαεστηρή δὲ
κράσις, ἐὰν χάλινος εἰσὶ ταπεινοτέρη.*

*τῶν λίγης τὸ τόφιν μαχητῶν, καὶ ὅργα μάνθανε στρῆται.
εἴ γλωσσὴ προπτεῖς ταῦτα κολαζόμενα.*

*Quis satur ante fuit felix coniuncta Deorum
Nectar, qua superis pocula nota Deis;*

*Nunc cupit humanas epulas: sed semper ab ore
Vnde fugit medius star sitibundus aquis.*

Vnde, bibe, affatnr, ac discito iura silenti,

Connexit ista pata lingua proterna quibus.

Alij, inter quos fuit Zees, Didymusq., putarunt hanc poenam
irrogatam Tantalo, quia nectar & ambrosiam suis aquabibus
impertiuenter; vt ait Pindarus in his carminibus:

*μετὰ τριῶν τίτανον
πέντε, ἀδενάτων ὄτικλέας
ἀλίκιοι συμπόταις
νίκταρά μεθοσίαν τελεῖσκεται.*

Post tres quartum

Laborem, immortalium quod furatus

Contamen coniuncti

Nectar ambrosiamq., dedit.

Hic filium habuit Broteam, Pelopem, atque Nioben. Basylū,
*quod uxorem habuit Anthemoisiam Lyci filiam. & de fabu-
losis quidem haec tenus.

Tantalum Iouis & Plutus filium quidā dixerunt, alij Plotę
nymphę, alij Æthonis, non ea quidam de causa, sicuti putarunt
qui-

quidā, quia plures fuerint Tantali: sed quia alij alia ratione fabulam eandem interpretantur, cūm omnes tamen ad vnum atque eundem finem tendant. nam cur Iouis est filius? quia Tantalus vir rerum diuinatum atque naturalium peritissimus fuisse creditus est, quæ cognitio non contingit cuiuis, vt senserunt Pythagorici, sed illis tantum, quorū animæ è Iouis sphæra pricipue in hæc corpora euocatæ fuissent, aut qui Iouem habent in suo horoscopo dominarem, cuius vis ut opulentiam, ita sapientiam subministrat in nativitatibus. Verum cūm illa ziberea superna regio ignea credita sit ab Anaxagora & Empedocle, non fuit absurdum Tantalum Æthonis filium existimari, ardenter scilicet & igniti ætheris. Hic accepisse Deos in coniunctionem dicitur, atque Pelopem illis epulandum apposuisse, cuius Ceres humerum comedit: quod quid aliud significat, quam perpetuas calamitates, quæ ferendæ sunt hominibus bonis atque sapientibus, dum rebus diuinis sunt intenti? nam vel filii, vel carissima sunt relinquenda, ut diuina sectemur. Est enim rerum humanarum felicitas ad sceleratos multo magis, quam ad viros bonos propensa: nam cui multa occurrant difficulta, ille vel Dei est existimandus amicus si ex quo animo ferat, vel certè breui futurus est, qui per hæc incōmoda virorum bonorum constantiam & animi magnitudinem exercet. Hic cūm diuinissimus esset, adeò rerum diuinarum cognitioni fuit intētus, ut diuinitijs posthabitatis omnes voluptates corporis contempserit: quare dictus fuit à nonnullis in maxima omnium voluptatum copia ab imminente faxo deteritus, quò minus illis perfrueretur. Hic nectar & ambrosiam hominibus impertivit, quia fuit rerum cœlestium suauissimæ atque subtilissimæ cognitionis inuentor: nam nullum nectar iucundius est quam Dei cognitione. Quod erat igitur saxum illius ceruici assidue imminens? assiduus labor & studium quod rebus cognoscendis tribuitur, quæ animi cura cūm nos reuocet à voluptatibus corporis, dicta est à stultis vna Furiarum, eaque maxima ab epulis presentibus deterrere abundabat enim voluptatum copia ob diuinitas, at non fruebatur ob animi sollicitudinem.

Alij tamen ad auaros ad liberalitatem reuocando hanc fabulam detorquent, qui dicunt opulentos Iouis filios dici propter diuinitas: cosdemq; condemnatos perpetue sitis, quia nulla sit vel in maxima copia diuinarum facetas: quippe cūm il-

larum desiderium cum copia crescat. quare ita inquit Horatius de quodam auaro in primo Sermonum:

*Tantalus à labris sit sens fugientia caprat
Flumina: quid rudes? mutato nomine de te
Fabula narratur.*

At Cicero, ut patuit ex superius recitatis, curas & timores inanes videtur putasse ē mentibus hominum per hanc fabulā expellendos, quod etiam sensit Lucretius in his carminibus:

*Nec miser impendens magnum timet acre saxum
Tantalus (vix perhibent) cassa formidine torpens:
Sed magis in vita Diuum metus erget manus
Mortales casumq; timent, quem cuiq; ferat fors.*

Et profectō nullus timor viro sapienti cōuenit, nisi offendenda diuinæ bonitatis, cūm potius per reuerentiam, ac benevolentiam Deus vt pater & bonorum omnium autor sit colendus, quām timendus vt horribilis & ferox. Alij putarunt lingue procacitatē nos admonesci per hāc fabulam esse cohibendam, alijs ad reuocandos ab omni improbitate & crudelitate homines, cūm scelerū omnium grauiissimus deniq; vindex sit Deus. Alij crediderunt significari per hanc fabulam profanis & impuris hominibus religionis areana non esse detegenda: quoniam apud profanum vulgus eadem est harum rerum, quę etiam ciborū ratio: qui alios pro valetudine, ac viribus stomachū nutrit, alios interimunt, aut impellunt in grauiorem morbum. Nam vt quisq; est vir bonus, ita in bonam partem rerum sacrarum cognitionem accipit, nunc de Tityo dicatur.

De Tityo.

C A P. xix.

TITYVS quoq; propter improbitatem, temerariamq; libidinē, non leue supplicium apud inferos pati dictus est. Hic fuit Iouis & Elaræ Orchomeni filius, vt scripsit Apol.lib.1. & Apollod.lib.1.Bibliothecæ. Fabulantur Latonam ab hoc de stupro interpellatam fuisse, quare sagittis dicitur ab Apolline fuisse caesus, vt in his testatur Apollonius Rhodius:

*ιναγεται πόλων φοιρος οις επινων ιτιτυκτο
βέσταις, οπις πολος, οιωνηροντα καλύπτειο
μητραθερπελαιος τερνος μέγαν ον β' ιτιτετη γε
δι' ελάφη, θεοί τοι δι' αγεταις ηλεχεύσατο γαῖα.
Hic inerat Phabius puer, ac petet illo sagittis*

in-